

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

28 Junii. 4 Kal. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

XXVIII JUNII.

543

Domina, subde faces cordi meo, qui-
bus me, ad amandum in te, honoran-
dumque Deum, accendas. Subvehant
tepidum istud cor meum pennis suis
igneis Seraphini; ut omnia, quæ scribo,
quæ loquor, quæ ago, quæ cogito, ar-
deant igne illo, quo tu solest tuos accen-
dere, ô Mater pulcherrima dilectionis!

28 Junii. 4 Kal. Julii.

SAncta Potamiæna, hostium
Christianæ virginitatis tuæ, per
inaudita tormenta, fortissima tri-
umphatrix; quæ, unâ cum matre,
igne consumpta, post mortem, Ba-
silidis, tuæ olim virginitatis custo-
dis, capiti cælestem imposuisti co-
ronam, eumque ad æternitatem
beatam invitâsti, quam ille, capite
pro Christo plexus, ingressus est.
Cælestis virago, & beneficii, in
terris accepti, etiam in cælis me-
mor! ô, quæso, ora illuc pro me;
ut pro beneficiis è cælo acceptis,
gratus vivam semper, gratus mori-
ar. Tuere me viventem, & morien-
tem, contra hostes omnes in terris;
ut æternitate coronatus, æternum
Deo, ac tibi, sim gratus in cælis.
Amen.

S. Leo secunde, doctissime, &
I i 2 magna-

544 ANNI CÆLESTIS

magnanime Papa, viduarum, pa-
pillorum, pauperum pater. S. Leo,
qui per S. Gertrudem cuidam, pro
quo illa orabat, nuntiasti; ut, si in
locum quempiam incideret, in quo
esset aliqua tentationis occasio,
attentè orans diceret; *Fiat, Domine,*
cor meum, & corpus meum immacu-
latum!

S. Irenæe Ep. M. contra hæreti-
cos verbis ac scriptis acerime.

Sancti Plutarche, Sereni duo,
Heraclides, Heron, Rhais, &
Marcella, S. Potamiæna mater,
Martyres.

S. Papi, qui flagris cæsus, in le-
betem, oleo, & adipe ferventi
plenum, injectus, aliisque horren-
da passus, cervicem dedisti Martyr.

S. Benigne Episc. Martyr.

S. Argymire Martyr.

S. Paule Papa.

S. Francisca Romana, quæ hoc
die, in tuâ vineâ, ex aspectu rivi
decurrentis, ad gratiam Dei amo-
réque cogitandum, abrepta, &
absorpta, per plures horas, positis
humi genibus, ab omni usu sen-
suum aliena tacebas! cùm verò, ri-
vo se effundente, in medio aquæ
esses, indè tamen undequaque siccâ
exivisti: doce cor meum ex his, quæ
video,

XXIX JUNII.

545

video, elevare ad Deum amandum,
atque laudandum.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, quæ S. Bertholdo,
unâ cum Christo, & S. Petro, appa-
ruisti, & ut Antiochia ab obsidione in-
fidelium liberaretur, hodie impetrâsti.
Libera, Domina, ab omni periculosâ
obsidione, seu tentatione, animam
meam; ne peream!

S. MARIA, cuius Patrocinii fe-
stum, hoc die, anno 1656, ad agen-
das tibi pro beneficiis gratias, in Hispa-
niâ est institutum, Pontifice illud et-
iam Indulgentiis nobilitante. fac ut ita
te colam, ut tota vita mea, sed potissi-
mum extremus vita mea dies, sit fe-
stus patrocinii tui dies.

29 Junii. 3 Kal. Julii.

Sancti Petre, & Paule, Apostoli
gloriosi, Ecclesiæ beati Princi-
pes, nec in morte separati, con-
juncti in æternitate. S. Petre, per-
petuarum, pro peccato, etsi pro-
pitiatu, lacrymarum senex, Crucifixum
Jesum secute, usque ad mor-
tem Crucis! qui nocte, hoc tuum
festum præcedente, S. Ignatium
Loyolam, tunc jam Sacramentis
ad mortem munitum, invisisti, &
persanâsti. S. Paule, vas electio-

Li 3 nis